



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De Abnegatione suiipsius in genere. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

*B. si in
Constit.
Monast.
cap. 20.* que erga vita functos, ut S. Basilius scribit
ad Religiosos hortatur, cum ait: *Appropin-*
quis, amicis, parentibusve animi affectione
tam longè oportet esse distinctos, quam longè
eos, qui iam sunt vita defuncti, à vivis videtur
distare.

CAPVT IX.

De Abnegatione sui ipsius in genere.

Postquam Dei servus, Renunciationis
ope, ab externis perfectionis impedimen-
tis, liber effectus est, eo quo dixi-
mus modo, restat, ut interna, appetitus
delicet carnis, prauosque animi affectus,
aggrediatur. Quæ quidem impedimenta,
quo nobis magis sunt interna, & alius in
natura inhaerent; eò maioribus pollent vir-
tutibus retardandi nos ab incepto spiritua-
lis perfectionis cursu, Maiori igitur con-
tentione animi, conatu ac efficacia opus
est, si quidem ab eorum tyrannide libera-
cipiamus. Huic finì propriè seruiunt tria
reliqua instrumenta, Abnegationis scilicet,
Resignationis, & Indifferentiæ dicitur, quo-
rum singulis, suo loco, Deo duce, discute-
mus.

De Abnegatione igitur, de qua hoc ca-
pitulum agendum est, duo potissimum expo-
nemus: Primò, quid sit Abnegatio secun-
dum Etymologiam nominis, propriamque
suam.

DE MORTIFICAT.

essentiam. Secundo, quam necessa-
 riaturque utilis sit cuius seruo Dei assi-
 mus illius usus: Et ut à primo incipiamus,
 negatio, ut per se liquet, deducitur à
 verbo *abnegare*; quod est denegare alicuius
 mentionem; quæ significatio in illum effe-
 ctum optime conuenit, cuius abnegatio
 exercitatio causa est, quia vi huius Ab-
 negationis negamus carnis nostræ appeti-
 tum, affectibusque inordinatis, id quod cõ-
 tra rectam rationem exposcunt, eo planè
 modo, quo furiosis obsequi renuimus, cõ-
 gladium, aut aliquid aliud damnosum pe-
 tunt. Vnde illud, *Abnegare seipsum*, quod
 Christus à discipulis exigebat; cõ diceret:
qui uult uenire post me, abnegat semetipsum;
 nihil aliud significat, quàm ut homo cum
 ratione neget sibi ipsi, quod sine ratione
 contra se à cupiditatibus sensuum & car-
 nis postulat. Ad hunc modum S. Bern.
 cardus exponens; quid sit abnegare seipsũ,
 dicit: *Quid est semetipsum abnegare, nisi volu-
 ptatibus proprijs renunciare?* S. Basilius item
 describens hanc sui ipsius abnegationem.
*Nihil est, inquit, aliud sui ipsius Abnegatio, nisi
 forma rerum omnium uitæ superioris obliuio
 que à suis ipsius voluptatibus recessio. Quasi
 diceret; Abnegationis proprium munus
 est, delere ex mente nostra, affectu plenam
 memoriam rerum secularium, & abduce-*

Matth. 16

Bern. ser. 7. de conuers. ad sororem. Basil. reg. fus. diff.



re nos ab amore affectuque inordinato
ga nos ipsos. Et hoc ideo, quia quæ ad mo-
dum lapsi & iacēti in luto, ad hoc, ut ab-
tergatur & emundetur non satis est surge-
re, sed postquam surrexit, requiritur, ut so-
des illas, quæ vestibus inhæserunt, excu-
tatur: ita illi, qui multis annis in cœno pro-
prij amoris ac voluptatum huius mundi
immersus iacuit, non sufficit surgere & e-
mergere aliquando ex hoc cœno, relin-
quendo mundum, & ea quæ in mundo
sunt, per Renunciationem ut supra di-
ctum est; sed necesse est, si quidem à sordibus
mundus & liber esse velit, ut eas à se
excutiat, & eluat maculas, quæ in ipsius
nimo adhuc manent impressæ, quales
sunt affectus mundani, & quædam affec-
tibus plena memoria rerum præterito-
rum, magna item inclinatio ad proprium
suum velle & sentire; Eluuntur autem istæ
maculæ beneficio Abnegationis, ut S. Ba-
silii in superiori descriptione manifestè
significat, cum vult, ut memoriam quo-
que nostram abducamus à rebus munda-
nis, & ab affectibus inordinatis in nos-
ipsum. Quem modum Climachus quoque
proponit, cum ait: *Surgens ab amore seculari
& voluptatum labe, proijce curas, exue in-
telligentias, abnega corpus. Quia ut rectè
cit Cassianus, Pecunia non solum est vitium*

*Climac. de
Ora. grad.*

28.

*Cass. lib. 5.
instit. 6. 10.*

confessio, sed etiam desiderium earum peni-
extirpandum.
 Quod quidem non solum de opibus in-
 digendum est, sed & de aliarum rerum
 mundanarum affectu, quem Religiosus
 vitiis exuere debet. Alioqui talis
 Religiosus, dum in Religione degit, non
 similis erit equo, qui aufugiens ex Do-
 mini sui stabulo, capistrum adhuc capiti
 circumfert; cuius loro depen-
 dentes pedes implicantur, ita vt à cursu e-
 quus retardetur, sæpiusque impingat; i-
 tem quod deterius est, hoc vnico retinacu-
 lo, facile iterum capitur, ac denuò ad idem
 stabulum, vnde antea aufugerat, reduci-
 tur. Ita planè religioso contingit, qui li-
 ber vocatus à Deo, celeri fuga huius mun-
 di stabulum, cum omnibus suis immun-
 ditatis reliquerit, nihilominus tamen affe-
 ctus illos, quibus antea in stabulo teneba-
 tur ligatus, secum tulit ad Religionem,
 neque multum sollicitus est, vt efficacita-
 te sanctæ Abnegationis hoc capistrum ex-
 cutiat. Talis sine dubio in via diuini ser-
 uitij vehementer impiedetur, quo mi-
 nus ea libertate, qua par est, progredi pos-
 sit. Et quod peius est, sæpe impinget, &
 in grauissimos incurret errores, vt tan-
 dem extremo suo damno & dedecore, hoc
 vnico capistro ad pristinum stabulum, &
 foero.

fectores sensualium voluptatum reducuntur, quos paulò ante in saeculo reliquerat commutatio enim status secularis in status religiosum, non consistit in mutatione habitus externi, ut per se notum est; sed in mutatione morum, cogitationum & affectuum internorum animi, ita ut exteriori statui Religiosi atque habitui respondeat interior status animi, & affectus religiosus, ex quo deinde quasi per modum naturae emanat & procedit exterior compositio vitae, conversationis & morum religiosorum. Quia verò impossibile est, ut quis ad hunc statum interiorem perveniat, nisi ex animo ac mente sua crassam nebulam cogitationum atque affectuum saeculi, magna saltem ex parte excuserit, sequitur huius sanctae Abnegationis usus, cuius proprium hoc munus est, tantum esse momenti, quanti est esse verum & sincerum Religiosum.

D. Grego.
super Ezech.

Hinc Saluator noster à suis discipulis hanc Abnegationem sui ipsius, tanquam conditionem ad perfectionem plane necessariam exigit, cum dixit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c. Semetipsum meliora, incipit esse, quod non erat, & desinit esse, quod erat; Quia licet homo, quoad substantiam suam, maneat idem qui ante; quoad animi*

men qualitatem oportet vt mutetur, & alius
homo, qui serio Christum in Religiosa
statu sequatur. Idcirco sanctissimus
Abbas Benedictus inter præcipua spiri-
tualis perfectionis instrumenta, *Abnegare*
semetipsum sibi, in Regulis suæ religi-
onis posuit. Hoc idem Glossa supra Lucæ
confirmat, dum docet, fieri non posse, vt
homo ad tam amabilem Dei cognitionē
perueniat, in qua vera nostra perfectio cō-
sistit, nisi à sui ipsius amore separetur. Sic e-
nim ait: *Nisi quis à semetipso deficiat ad Deū,*
qui supra se est, non appropinquat.

Sed obstare videtur amor ille, quo, vt
Richardus, omnis homo naturaliter
seipsum amat & approbat; qui amor, vt
magnatum est virium, ita nostro propo-
sito quam maximè officit. Accedit deinde
consuetudo, qua facile à nostris trahimur
appetitionibus, quæ consuetudo, cum sit
per unque longo temporis spatio, ac
frequentibus actibus corroborata; obti-
nuit in nobis quandam quasi præscriptio-
nem, imò legem quodammodo naturalē
inducit, quæ infirmitatem nostram ad vi-
tiorum illecebras pertrahit, vt bene notat
Cassianus, cum, inquit, *usus ac frequentia*
delinquendi, veluti lux efficitur naturalis, quæ
memoria humane infirmitatis inserta affectus
maxime nec dum plenis virtutum studijs eru-
dita,

In Regu-
la S. Be-
nedicti.
cap. 4.

Richard.
de S. Vi-
tore su-
per my-
sterium
Statue
Danielis.

Cass. col-
lat. 23.
cap. 13.

S. Augu.
li. 3. Con-
fess. cap. 5.

ditæ. sed adhuc rudis ac teneræ captivos capi-
pit ad vitia. Id ipsum significat D. Augusti-
nus, cum ait: *Lex peccati est violentia consue-*
tudinis, qua trahitur & tenetur etiam insani-
animus.

Rom. 7.

Hæc itaque amoris naturalis erga nos
prauæque consuetudinis vincula, quibus
ita nobis ipsis hæremus illigati, non possumus
in nobis, etiam vi abnegationis, abri-
pere sine magna violentia, & sine illa con-
tradictione & repugnãtia, quam sensit D.
Paulus, cum ex vna parte diceret: *Conde-*
scor legi Dei secundum interiorem hominem.
Ex altera verò parte: *Video aliam legem in*
membris meis repugnantem legi mentis meæ,
captiuantem me in lege peccati. Verum sicut
Apostolus tunc pressus hoc onere exclama-
uit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de cap-*
tere mortis huius? moxq; diuinæ gratiæ au-
xilium sentiens subiunxit: Gratia Dei per
Iesum Christum Dominum nostrum. Ita & quilibet
Christi miles, ex vna parte, tam graui
iugo pressus, toto cordis affectu suspirat
& gemat; ex altera autem benigna Dei ma-
nu confusus, animum resumat inceptam
semel viam alacriter prosequendi, sibi que
persuadeat, quemadmodum illi qui in pug-
na suis facile cedunt aduersarijs, eos red-
dunt audaciores; contra verò, qui initio
statim intrepidè resistunt, eorumque infol-
len-

DE MORTIFICAT. 99

nam contundunt, breui eos debiles & dolore consternatos efficiunt; Ita & hic deuenire, proinde qui viriliter pugnat, maiorem indies de hostibus victoriam reportabit, ac tandem ad illam pacem & quietem perueniet, quam B. Dorotheus huiusmodi bellatoribus his verbis promittit. *Qui principio sibi vim fecerit, atque resistit, & paulatim pugnare perrexerit, proficiet, & deinceps pacem & quietem consequetur.*

Doroth. serm. 10.

CAPVT X.

De Abnegatione appetituum carnis & illusionis ac fallacia quadam quæ in illa accideri solet.

Objectum, quod sibi quisque in prædicta Abnegationis exercitatioe proponere debet, est ipse homo: Abnegat semetipsum, monet Christus. Quia vero homo duabus constat partibus, corpore scilicet & animo, passionesq; naturales & habitus habet: necesse est, ut hæc nostra Abnegatio ad utramq; partem se extendat, id est, ut Dei seruus tam corpori, quàm anime suæ indefinenter deneget omnia, quæ contra legem diuinam ac rationis rectitudinem postulant. Ducto igitur initio à corporis siue carnis abnegatione, affumo

Cass. li. 5. Inst. c. 16.

¶

siatio